Fragmentarium

com esse actuale quod secundum suum esse quidditativum sunt ingenerabilia et incorruptibilia ymmo increabilia ut Francisc(us) probat in conflatu et ceteri in suo tractatu de esse et essencia satis [illegible] et pulcre Et phylosophus dicit quod tales veritates esse eternas.)

Generis autem et accidentis que sunt de pluribus predicari quemadmodum dictum est sive sepa//

rabilium sit accidens sive insepara//bilium. Etenim moveri de pluribus predicatur et nigrum de corvis

Consequenter ponit differentias convenientias et differencias generis cum accidente. Differencias post in textu sequenti

et omnibus ethyopibus et aliquibus inanimatis.)

Conveniunt autem in uno solo quod sunt de pluribus predicari Et hec convenit tam accidenti separabili quam inseparabili accidenti et plura

Differt autem genus ab accidente quoniam genus ante species est accidencia vero speciebus posteriora sunt.)

Posita generis et accidentis convenientia hic assignat eorum differencias Et dividitur in tot partes quot adducit differencias partes patebunt suo loco. Nam primo differentiam enunciat secundo eam declarat in textu sequenti Et sententia satis evidens est ex textu Ratio autem differentie est quod causa prior est suo effectu Sed accidentia sunt effectus subiectorum producuntur enim de potentia materie secundum esse actuale ergo sunt posteriora individuis Et ideo quod id quod inheret est posterius eo cui inheret modo accidentia inherent generi autem et species substantie cuiusmodi materie ergo accidentia sunt posteriora illis.)

Nam etsi inseparabile fuerit accidens tamen est prius illud cui accidit quam accidens.)

Hic declarat aliquid de quo quis posset dubitare. Diceret enim quis etsi separabilia accidentia sunt posteriora speciebus tamen non videtur hoc verum de inseparabilibus ut sunt simitas vel aquilitas quod statim nato forte nascitur sua simeitas vel aquileitas Ideo hic declarando dicit quod etsi inseparabilia accidentia sunt posteriora [illegible] cuiusmodi statim nato homine nascatur sua simeitas tamen illa simeitas presupponit hominem velut subiectum in quo sua possit habere subsistencia.)

Et generis quidem que participant equaliter participant accidentia vero non equaliter.)

Hic primo assignat secundam differentiam secundo assignat differentie notitiam In textu Sententia patet sunt inhibitionem secundo dicit quod genus et accidens quod genus participatur secundum eandem intensionem ab omnibus a quibus participatur Sed accidentia non sic quod aliqua participant accidentia secundum minorem intensionem aliqua vero secundum maiorem

Intensionem enim suscipit et remissionem accidentium participatio generum vero minime.)

Hic ponit unde predicta differentia agnoscatur Et dicit quod ideo genera equaliter participantur et accidentia inequaliter quod accidentia intendantur et remittuntur vel recessum et decessum [illegible] ergo potest fieri albior vel sapiencior Sed non potest perfectius animal fieri quam est Sed [illegible] differt quid sit intendere et remittere Dicitur autem breviter quod intendere est per aliquam latitudinem graduum intensiorem acquirere Sed remittere est gradus perdere per aliquam latitudinem pedetentim Exemplum primi Si res habens albedinem unius gradus acquirat paulatim albedinem [illegible] graduum ut illi qui canescunt in senectute Et etiam ut illi qui dietim sunt prudenciores Exemplum secundi ut habere albedinem [illegible] graduum et devenire ad albedinem unius gradus ut messes [illegible] consueverunt

Et accidentia quidem principaliter in individuis subiectis subsistunt genera vero et species

Hic assignat tertiam differentiam et fuit haec in esse Sententia est ratio generis et accidentis dicit

naturaliter priora sunt sunt individuis subiectis quod genera non sunt predicata sed accidentia non sunt primo et principaliter individuis Ratio huius est quod genera insunt essencialiter accidentia vero accidentaliter et ideo accidentia subiecta in intensionis requirunt [illegible] et in genera autem non sit

Et genera quidem in eo quod quid sit predicantur de hiis que sub ipsis sunt accidentia vero in eo quod quale

est aliquid ut quo se habet unumquodque Qualis est enim ethyopes interrogatus dicis niger

et quo se habet Sortes dicis quoniam sedet vel ambulat Generis vero quo ab aliis quatuor dif//

Hic ponit ultimam generis et accidentis differentiam et primo facit hoc secundo exemplificat in tertia sequenti primo textus patulus est Tunc ibi Qualis enim philosophus dicit duo primo

ferat dictum est.) enim de differentia generis et accidentis preambula tacta certificat et secundo [illegible] de similibus quod dicit recapitulat Quo ad primum dicit quod accidentia predicantur in quale quid [illegible] inde [illegible] quod si interrogamus qualis sit

Fragm. lat. 159 b

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK LEIPZIG

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 159, 159b: 1v – Porphyrius, Isagoge
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-7hjk/235/3025)